



colorchecker CLASSIC




xrite

mm



Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in several lines and appears to be a list or index of some kind.

243



Inc 243

- p. 1 INNOCENTIUS III. - De Miseria humanae conditionis. - Paris [Pasquier Bonhomme], 1480. 4° .
Pell 6300
- p. 2 Stella clericorum [Paris, G. Mittelhus, s.d.).
- 4°. échangée avec la Bibl. nat. en 1895.
Pell 10770
- p. 3 ANTONIUS de RAYMONDIA. - Libellus contra beneficiorum reservationes. - Paris, G. Marchant,
c. 1498. 4°.
Pell 9778 = 9779
- p. 4 Laus caritatis. - [Paris, A. Caillaut, c. 1485-90]. - 4°.
Pell 7014
- p. 5 MAGISTRI (Martinus). - Expositio super Salve Regina. - [Paris, Antoine Caillaut, c. 1483].
- 4°.
Pell 7328
- p. 6 GUILLELMUS de GOUDA. - Expositio mysteriore missae. - [Antwerpen, Govaert Bac, post 1500].
- 4° .
Pell 5577
- p. 7 AEGIDIUS DELPHUS. - [Epistola divi Pauli ad Romanos... decantata]. - Paris, J. Bade, 1507.
4°.
- p. 8 ALLIACO (Petrus de). - Meditationes circa psalmos poenitentiales. - [Paris, Antoine Caillaut, c. 1485-90 ?]. - 4°.
Pell 524

- p. 9 [Canones apostolorum] Canon apostolicus qui qua-
gesimus. - Paris : A. Wechel, 1556. - 4°
- p. 10 MAYEUC (Yves. - Questio perpulchra ... - Paris,
Jean Petit, c. 1515. - 4° .
- p. 11 Passio secundum legem debet mori. - S. l. n. d.
Cop. 4622
- p. 12 BONAVENTURA, S. - Soliloquium - Paris, G. Marchant,
[1483]. - 4° .
Pell. 2673
- p. 13 Cordiale quattuor novissimorum. - Genève,
[Jean Croquet, c. 1481]. - 4°
Pell. 5072
- p. 14 NICODEMUS. - Evangelium. - [Köln, Cornelius de
Zyrickzee c. 1499-1500]. - 4°.
Goff N-47
- p. 15 MARCELLUS. - Passio Petri et Pauli apostolorum. -
[Köln, Cornelius de Zyricksee, c. 1499]. - 4°.
Pell. 7527
- p. 16 RICHARD (Pierre). - Contra non recte de ejusdem
beati Petri martyrio sentientes libellus. -
Paris, Josse Bade, 1518. - 4°.
- p. 17 [Recueil de poèmes latins]. 8 ff. mss. 16e s.

XV^e s. n^o ~~243~~
243

243 2^e partie

Stella clerrorum.

clrd. iii 4.

Double du 318. 2^e partie

Echange fait en 1895
avec la Bibliothèque Nationale.



100

100

piece 2. mg de 15 f. blanc.

100

100

100


100

100

pca 15.

Passio petri et pauli aposto-

lorum ac disputatio eorundem contra Symonem quendam
magum coram Nerone impatore qui cum viderit se non posse
resistere dictis sancti petri omnes suos libros in arte magica
(ne magus iudicaret) in mari proiecit. deinde a sancto petro (cum
idem Symon magus celum ascendere presumpserit) deiectus
in terram corruit ac miserrime periit.



Passio petri et pauli aposto

lorum ac disputatio eorumdem cōtra Symonē magum qui coram Nerone imperatore deuictus miserime periit

Eatus petrus ap̄tus et princeps ap̄toꝝ: An-
thiocenus filius ioānis. prouincie galilee. vico
Bethsayda. frater Andree apostoli. Primum
post ascensionem doñi possedit cathedraꝝ ep̄is
copatus in Antiochia ānos sex Eodem tpe fuit in iherlm̄ q̄
dam magus noīe Symon. qui cū dudum vidisset q̄ p̄ impo-
sitioneꝝ manus ap̄toꝝ. daret baptisatis sp̄ritus sanctus obtulit
ap̄tis magnā pecunie summā vt ei daret illā p̄tātē. dādi sp̄m̄
sc̄m̄ Cui petrus maledixit dicens. pecunia tua tecū sit in p̄oit
onē. qm̄ existimasti donū dei pecunia possideri Sic se primā
veritatē dicebat Legit̄ in libro Clemēt̄s ip̄m̄ dixisse Adora-
bor vt deus. publice diuinis donabor honoribꝝ ⁊ quicquid face-
re voluero potero Aliqñ cū m̄ mea Rachel iuberet me exire
ad agrū vt meterē. ego falcē videns positā. p̄cepti falci vt p̄ se
intheret ⁊ messuit decuplo āplius alijs Sic igitur volens dis-
putare cū Petro. ⁊ ostēdere q̄ de⁹ eēt. statuto die. venit petr⁹
ad locū certaminis ⁊ astātibus dixit Pax vobis fr̄s q̄ verit̄
tatē amatꝝ Cui symon. nos tua pace opus nō habemus Si
em̄ parsit ⁊ concordia ad inueniendā veritatē nihil poterimus
p̄ficere. hñt em̄ iter se pacē latrones. p̄pter qd̄ noli inuocare pa-
cem sꝫ pugnā Duobꝝ em̄ imitatibus tūc erit pax cū alter fue-
rit supatus Et petr⁹. cur times symō audire pacē. ex pctis em̄
bella nascunt. vbi aut̄ pctm̄ nō sit. par ē. in disputatōibꝝ v̄itas.
In opibꝝ iusticia iuenit̄ Et symō. nihil dic̄. sꝫ ego ostendam tibi
mor̄ diuinitat̄ mee potētā vt repēte adores me Ego suꝫ p̄i-
ma v̄itas ⁊ possum volare p̄ aera nouas arbores facere. lapi-
des in panē mutare. in igne sine lesiōe durare ⁊ oīa q̄ volo pos-
sum facere. ego sū f̄mo dei. ego sū sp̄s. ego palit̄ ego oīpo-
tēs. ego oīa dei. sp̄tes quoqꝫ eneos faciebat se mouere. statu-
as ereas ⁊ lapideas ridere ⁊ canes cātare. p̄tra hūc ḡ petr⁹ dis-
putabat. ⁊ oīa ei⁹ maleficia detegebat. tūc symō videns. qz pe-
tro nō possz resistere. oēs libros suos magicē artz ne forte ma-
gus p̄deret̄ mare picit̄ ⁊ romā vt ibi sic de⁹ haberet̄ p̄xit.
Quod cū petrus p̄pit eū insequitur ⁊ vsqꝫ romā proficiscitur.

a ij.



De passione et resurrectione domini

nos prominentia signa curauerunt se et adorauerunt eum. dixit
 pylatus ad archisynagogum et seniores plebis ipsorum **E**li-
 gite vos viros potentes et fortiores. et ipsi contineant signa. et
 videamus si per se curuentur **A**ccipientes ergo seniores iude-
 orum duodecim viros fortissimos potentes et senes et nos
 fecerunt illos continere signa **E**t steterunt ante conspectum p-
 sidis. **D**ixit ptes cursori **E**lice ihesum foras pretorium. et in-
 tromitte iterum eum quali vis ordine **E**t exiit Iesus foras
 pretorium. et cursor cum eo **A**duocans aut pylatus viros qui
 signa prius tenuerant. iuravit eis per salutem. quia si sic non
 flectantur se signa ingrediente ihesu. precidat capita vestra **E**t
 iussit ptes ingredi ihesum secundo. fecitq; cursor eo dem scena
 te quo prius **E**t multum precatus est cursor ihesum. vt ascen-
 deret et ambularet super fascialem suam **E**t ihesus supambus
 lauit et ingressus est **I**ntroeuente aut illo curauerunt se ex se
 signa et adorauerunt ihesum. **P**ylatus autem hoc videns tres-
 mor apprehendit eum. et cepit exurgere de sede sua. **E**ogitante
 autem eo exurgere de sede sua matrona ipsius noie procula
 misit ad eum dicens. **N**il tibi et hoi iusto isti **M**ulta em passa
 sum ppter eum nocte hac **R**esponderunt iudei et dixerunt p-
 lato. **N**uquid non diximus tibi qm malificus est. **E**cce somni-
 um immisit in vxorem tuam. **P**ylatus aut aduocans ihesum
 dixit. non audis quata aduersum te testificantur isti. **R**espon-
 dit ihesus. **S**i non haberent potestatem. non loquerent. quo-
 niam vnusquisq; habet potestatem loquedi bona et mala. **I**p-
 si videbunt **R**espondentes aut seniores iudeorum dixerunt ad
Ihesum. quia nos videmus primum qd ex fornicatione natus
 sis. **S**ecundo qd generatio tua in bethleem vbi pro te facta est in-
 terfectio infantium. **T**ercio qd pater tuus ioseph et mater tua
Maria fugerunt i egiptu. propter qd non haberet sacuritatem in
 populo. **D**ixerunt quidem ex iudeis astantibus benigne. **N**os
 non dicimus eum esse ex fornicatione natum. sed scimus qd des-
 sponsata fuit **M**aria **J**oseph. et non est natus ex fornicatione.
Dixit pylatus ad eos qui dixerunt eum esse ex fornicatione
 natum. **D**ic sermo vester non est verus. quoniam desponsa-
 tio facta est. sicut ipsi dicunt ex gente vestra **D**ixerunt pylato
Anna et **C**ayphas. **D**ominuz multitudo clamat quoniam.

Historia Nycodemi

ex fornicatione natus sit. et maleficus est. isti profelici sunt et discipuli eius. Aduocans autem pylatus Annam et caypham. dicit eis Quid est profelici? Dicunt ei Paganorum filij sunt et nunc facti sunt iudei. isti qui dixerunt non est natus ex fornicatione Responderunt Lazarus Austerius Antonius et Jacob. Zaras et Samuel. ysaac et Phinees. Crispus et Agrippa. Amnes et Judas. Hos profelici non sumus nati. sed filij iudeorum sumus. et veritatem loquimur Et tunc desponsa lijs Marie interfumus Alloquens vero pylatus duodecim viros qui hec dixerunt. dixit eis Adiuuro vos per salutem cesaris. si vera dixeritis. quoniam non est natus ex fornicatione Dicunt pylato. Legem habemus non iurare. denique quia peccatum est Ipsi iurent per salutem cesaris. quoniam non est sicut diximus. et reus sumus mortis Dicunt Anna et Cayphas ad pylatum. Duodecim istis credi debet. quoniam non est natus ex fornicatione. sed tamen maleficus est. et dicit se filium dei et regem. et nos non credimus. Iubens ergo pylatus omnem populum exire foras. absque duodecim viris illis qui dixerunt. non est natus ex fornicatione. et Ihesum iussit segregari se motum et dixit pylatus. qua ratione volunt eum occidere? dicunt pylato. Zelum habent. quoniam sabbato curat. dixit eis pylatus De bono opere volunt eum occidere? dicunt ei etiam domine pylatus vero furore repletus. exiit foras pretorium et dixit eis Testem habeo solem. quoniam vllam causam non inuenio in homine isto Responderunt iudei et dixerunt ei. Si non esset hic maleficus non tradidissimus eum tibi. Dixit eis pylatus Tollite eum vos et secundum legem vestram iudicate eum. dicitur iudei. Nobis non licet occidere quemcumque. dixit pylatus iudeis. Num ideo quod vobis dixit deus. non occides Ingressus iterum pylatus in pretorium vocauit Ihesum solum et dixit ad eum Tu es rex iudeorum? gens tua et pontifices sacerdotum tradiderunt te mihi. Quid fecisti? Respondit Ihesus. regnum meum non est de hoc mundo Si ex hoc mundo esset regnum meum ministri mei resisterent ut non traderer iudeis Nunc hoc regnum meum non est hinc. Dixit pylatus Ergo rex es tu? Respondit Ihesus. Tu dicis. quod rex sum ego. Iterum dixit Ihesus pylato Ego in hoc natus sum. et in hoc veni. et qui est ex veritate. quod

De passione et resurrectione domini.

dit vocem meam. Dixit ei pylatus In terris veritas non est. Respondit ihesus Intende veritatem dicentes in terra quomodo iudicantur ab his qui potestatem habent. Pylatus vero relinquens Ihesum in pretorio. exiit ad iudeos et dixit eis Ego nullam culpam inuenio in eo. dicunt ei iudei Iste dixit Possum destruere templum dei et in triduo excitare illud. Dixit eis pylatus. quale templum. dicunt ei Quod primum edificauit salomon. et demum in quadraginta et sex annis est fabricatum. et iste dixit se dissoluere. et reedificare illud posse tribus diebus. Et iterum dixit eis pylatus. Innocens ego sum a sanguine huius hominis. vos videtis. Dicunt ei iudei. Sanguis eius super nos et super filios nostros. Aduocans autem pylatus sacerdotes et seniores et leuitas. dixit eis secrete. nolite sic facere. nihil enim accusantibus eum vobis dignum in eo morte inueni. sed nec de curatione nec de violatione sabbati. Dicunt sacerdotes et seniores et leuite pylato Cesarem si quis blasphemauerit. dignus est morte. Iste autem aduersus deum blasphemauit. Iussit deinde preses iudeos exire de pretorio. et aduocans Ihesum pylatus dixit ei. Quid facias tibi? Dixit ihesus pylato Sicut datum est. dixit ei pylatus. quomodo datum est? dixit ei ihesus Moyses et prophete preconati sunt de passione meita. et resurrectione mea. Audientes hoc iudei dicunt pylato. Quid amplius adhuc eges blasphemia? et magis vis audivere? dixit ei pylatus Si iste sermo blasphemia est. tollite eum vos et perducate eum ad synagogam vestram. et secundum legem vestram iudicate eum. dicunt iudei pylato. Lex nostra continet Si homo homini peccauerit dignus est accipere quadraginta vna minus. qui vero deus blasphemauerit lapidari. dixit eis pylatus iterum. Si iste sermo blasphemia est. tollite eum vos. et secundum legem vestram iudicate eum. dicunt iudei pylato. Nos volumus ut crucifigatur. dixit eis pylatus Non est bonum Intuens vero preses in populo circumstante iudeorum quosdam eorum lacrimantes dixit. Non omnis multitudo vult eum mori. dicunt seniores pylato In unum potius venit vniuersa multitudo. ut moriatur. dixit eis pylatus Quid fecit ut moriatur? dixerunt. quia dixit se filium dei esse et regem. Hycodemus autem vir quidam iudaeus. stetit ante presides et dixit Rogo te domine iube me dicere pau-

Historia Nycodemi.

eos sermones **L**ui pylatus Quid vis dicere inquit dic. dixit
nycodemus. ego dixi senioribus sacerdotū z leuitis z oi mul-
titudini iudeoz in synagoga. quid habentis cū hoīe isto: **D**ō
iste multa mirabilia z gloriosa signa fecit. q̄ nullus alius fecit.
nec p̄t facere. permitte eū z nolite malegnari aduersus eum
aliquo **S**ic ex deo sunt signa q̄ fecit stabūt. **S**i aut̄ ex hoīb⁹
dissoluentur. quia vt moyses missus est in egyptum a deo. z fe-
cit signa multa que dixit illi deus facere ante pharaonem regē
egypti. Et erant ibi malefici z incantatores iannes z manu-
bres. z fecerunt ipsi signa que fecit moyses. z non potuerūt fa-
cere oīa **E**t habebant eos in terra egypti sicut deos. z qm̄ sig-
na que fecerant ex deo non erant z pierunt. z ipi qui credebāt
in eis **E**t nūc dimittite hoīem istum. non est em̄ dignus mor-
te. dicunt nycodemo iudei **T**u vt vidimus ipsius discipulus
factus es. qui pro eo sermonē facis. dixit eis nycodemus. **N**ū-
quid z p̄ses discipulus illius facta est. quia pro eo sermonē
facit: **N**ūquid cesar non constituit eū in hac dignitate **E**rant
aut̄ et iudei frementes et stridentes dentibus aduersus nyc-
odemū. p̄pter hec verba. dixit ad eos pylatus. quid stridetis dē-
tibus aduersus eum. veritatem audientes. dicūt nycodemo
iudei. **V**eritatis ipsius accipias prem. et portionem cū ipso.
dixit nycodemus **A**men **A**ccipiam sicut dixistis **E**x iudeis
aut̄ quidam alius ex illis rogauit p̄sidentem vt verbū diceret.
dixit p̄ses. quid vis dicere dic. qui dixit. ego triginta et octo
annis iacebam in lecto. et cecidi in piculum in pturitione do-
lorum. et veniente ihesu. multi demoniaci. et diuersis infirmī-
tatibus decenti. curati sunt ab eo. et quidam iuuenes portane-
runt me in lecto. z duxerunt me ad eū. z videns ihesus misert-
tus est mei. et verbū dixit mihi. **S**urge. tolle lectū tuū et am-
bula. et surrexit et ambulauit. dicūt iudei pylato **I**nterroga eū
qualis fuerit dies qm̄ sanatus est: et dixit **S**abbatū. dicūt iu-
dei pylato **N**onne sic docuimus. qm̄a curat in sabbato **A**li⁹
vero quidam ex iudeis exiliens dixit. **L**ecus natus sum. vocē
quidem audiebam. sed neminem videbā. et transeūte ihū cla-
maui voce magna. **M**iserere mei dñe fili dauid. et misert⁹ ē
mei. et posuit manus suas sup oculos meos et statim vidi. et
alius iudeus exiliēs dixit. **L**urarius erā et erexit me p̄bo. **I**te

3
Et Pauli apostolorum

adduxerunt. dicunt non se posse dimittere vt videat que vult. an
teq̄ enī cesari insinuent qz ad eū appellauit Audiens hec. Pe-
trus gaudio gauisus est magno. ⁊ statim erurgens prexit ad
Paulum. videntes autē se pze gaudio fleuerūt. ⁊ in aplexibus
suis diuissime morati inuicem se lacrimis insuderunt Lūg
Paulus illi oēm terruz laboz suoz indicasset. ⁊ qualiter na-
uigij fatigationibus aduenisset. ⁊ Petrus dixisset illi quas sye
montis magi pateretur insidias. abscessit petrus ad vesperum
mane die altero reuersurus Lūg auroza diei daret initium.
Ecce petrus adueniens inuenit multitudinē iudeoz ante for-
res pauli Erat autē inter iudeos. xpianos. ⁊ gentiles infinita
conturbatio Iudei em dicebant Nos gen⁹ electum ⁊ regale
amicorum dei Abrahę. ysaac. ⁊ Jacob. ⁊ oīm pphetaz. cum
quibus locutus est deus. qbus deus ostendit secreta sua Vos
autē ex gentibus nihil in semine nostro magnū nisi in ydolis et
sculptilibus inquinati execrabiles extitistis Dec ⁊ hīs filia
dicentibus iudeis. gentes respōdebāt dicentes. Nos mox vt
audiuimus veritatem reliquimus errores nostros ⁊ secuti su-
mus eaz. vos autē ⁊ p̄nas virtutes sciuitis. et pphetaz signa
vidistis. ⁊ legem accepistis. ⁊ mare pedibus siccis transistis et
inimicos vestros demersos vidistis. ⁊ columna vobis in deser-
to p̄ diem in celo apparuit. ⁊ ignis p̄ noctem ⁊ manna vobis de
celo datū est. ⁊ de petra vobis aque fluxerūt. Et post hec oia
ydolum vobis vituli fabricastis ⁊ adorastis sculptile. nos autē
nulla signa videntes credimus deū hunc que vos non creditis
desereliquistis Dec ⁊ hīs filia p̄tendētibz. dixit apostolus
Paulus nō debere eos has p̄tentiones inter se suscipe. s; hoc
magis attendere. qz cōplessit deus p̄missa sua. que iurauit ad
Abrahā patrē nostrū. qz in semine eius hereditarent oēs gen⁹
tes. non est em p̄sonarum acceptio apud deū Quicūqz em in
lege peccassent. sm legem iudicarentur. qui vero sine lege deli-
quissent. sine lege p̄irent Et em in hūanis sensibus tanta san-
ctitas. vt bona laudet natura ⁊ puniat mala que inter se inui-
cem cogitationes aut accusantes puniat aut remuneret ercu-
santes Dec ⁊ hīs filia paulo dicente factū est vt mitigati cēt
et iudei ⁊ gentes. s; principes iudeorum insistebant. Petrus
vero hīs qui eum arguebant qz synagogis eoz interdiceret.

Passio sanctorum Petri

Dixit Audite fratres spiritum sanctum promittentes patriarche David. quod de fructu ventris eius poneret super sedem suam. hunc ergo cui dixit pater de celis. filius meus es tu ego hodie genui te. hunc crucifixerunt pro inuidia principum sacerdotum. Ut impletur autem redemptionem necessariam seculo. promissit hec omnia sustinere. ut sicut de costa Adee fabricata est Eua. sic ex latere christi in cruce positi fabricaretur ecclesia quam non habet maculam neque rugam. Hinc deus additum agnuit omnibus filiis Abrahe Isaac et Jacob. ut sint in fide ecclesie. et non in infidelitate synagoge. Conuertimini ergo et intrate in gaudium patrie vestre Abrahe. quia quod ei promissit adimpleuit. Unde propheta canit Iurauit dominus et non penitebit eum. tu es sacerdos in eternum. secundum ordinem melchisedech. Sacerdos enim in cruce factus est. cum hostiarum corporis et sanguinis pro omni seculo sacrificium prebuisset. Hec et hijs similia dicentibus paulo et petro. presbiter maria populo credidit. et presbiteri fuerunt qui et ipsi simulata fide. non tamen apte possent eorum negligere monita vel precepta. Videntes autem maiores synagoge et gentium pontifices pro predicatorem eorum sine specialiter fieri. egerunt hoc ut sermones eorum in murmuracione populi venirent. Tunc factum est ut Symonem magum neroni preferrent et Petrum et Paulum culparerent. Innumerabiles enim populi dum conuerterent ad dominum pro predicatorem petri. contigit etiam uxorem Heronis libiam et Agrippa precepti diuino nomine Agrippina ita conuertere. ut a latere se suorum maritorum aufererent. Per pauli vero predicatorem multi deserentes militiam. adherabant deo. ita ut etiam ex cubiculo regis venirent ad eum et facti christiani. nolent reuerti ad militiam neque ad palatium. Hinc populus seditiosam murmuracionem agentibus symon excitatus est in zelus. et cepit de petro multa mala dicere. dicens eum magum et seductorem esse. Credebant autem illi qui mirabantur signa eius. Faciebat enim serpentem erectum mouere se. et lapideas statuas et reas ridere et mouere. se autem ipsum currere et subito in aere videri. Contra hec petrus infirmos curabat verbo. cecos videre faciebat orando. demonia iussu fugabat. interea et mortuos suscitabat. Dicebat autem ad populum ut ab eius seductione non solum fugerent. sed etiam detegerent eum. ne viderentur consentire dyabolo. Sic factum est ut omnes religiosi viri execrantes Symonem magum. et sceleratum eum assererent. Symoni vero ad

Et Pauli apostolorum

herentes Petrum magum quod ipsi erant cum Symone falso testimonio affirmarent Qui sermo usque ad Heronem cesarem venit. et symonem magum ad se ingredi precepit Qui ingressus cepit stare ante Heronem. et subito mutare effigiem ita ut subito fieret puer. et post hec senior. altera vero hora adulescentior **D**utabatur seculo et etate. et per multas figuras dyaboli debachabatur **Q**uod cum videret Hero. vere hunc esse dei filium estimabat. **P**etrus vero apostolus docebat hunc esse furem. mendacem. magum. turpem. sceleratum. apostaticum. et omnibus que sunt dei aduersarium veritatis. nihilque superesset nisi ut iussu dei eius iniquitas manifestata omnibus panderetur **T**unc ingressus ad Heronem symon dixit. **A**udi me bone imperator. **E**go sum filius dei qui de celo descendi. usque modo solum Petrum qui se dicit apostolum esse paterebar. nunc vero geminatum est mihi malum Paulus vero qui et ipse eadem docens contra me sentit. simul dicitur cum eo predicare **E**x quo constat. quia nisi de interitu eorum cogitaueris. regnum tuum stare non poterit **T**unc nero sollicitudine positus festinanter ad se eos iussit adduci. **A**lia autem die cum introissent ad Heronem symon magus. et apostoli christi petrus et paulus. **S**ymon dixit Heroni **I**sti sunt discipuli illius nazareth quibus non est tam bene ut sint de plebe iudeorum **H**ero dixit. **Q**uid est nazarethus? **S**ymon dixit **E**st ciuitas in iudea que semper aduersum nos fecit hec nazareth dicitur. et ipsa fuit magister eorum **H**ero dixit. **D**eus omnem hominem monet diligere. tu eos quare persequeris? **S**ymon dixit **I**stud hominum est genus qui totam iudeam peruerterunt ne michi crederent. **H**ero ad Petrum ait. **Q**uare tam perfidus estis vos vel genus vestrum. **T**unc Petrus ad Symonem ait. **O**mnibus preualere potuisti. mihi autem nunquam. **I**psos autem quos deceperas. per me deus de suo errore reuocauit **E**t cum expertum tibi sit quod me superare non possis. miror quare in conspectu regis te iactes. per artem tuam magicam christi discipulos superare **H**ero dixit. **Q**uid est christus. **P**etrus dixit **I**lle est quem hic Symon magus se esse affirmat. **H**ic autem est homo nequissimus. et opera eius dyabolica. **S**i autem vis

Passio sanctorum Petri

scire impator que gesta sunt in iudea de christo. accepit litteras
poncij pylati missas ad Claudium. et ita cognosces omnia.
Nero aut iussit ad bibliothecam capitolij in quo scripta con-
tinebatur ipsa epistola. iussit eas accipi et in suo spectu recita-
ri. Et series ita erat Poncius pylatus Claudio salutem. Tu
per accidit et quod ipse probant iudeos per inuidiam se suosque poste-
ros crudeli dānatione punisse. Denique cum promissum habe-
rent pres eos quod illis deus eorum mitteret de celo sanctum suum. qui
eorum merito rex diceretur. et hunc se promiserit per virginem
missurum ad terram. iste me preside in iudea hebreorum deus
cum venisset. et vidissent eum cecos illuminasse. leprosos mundasse
paliticos curasse. demones ab hominibus fugasse. mortuos etiam
uisitasse. impasse ventis. ambulasse siccis pedibus super vna-
das maris. et multa alia mirabilia fecisse. cum ois populus iude-
orum hunc dei filium esse diceret. inuidiam contra eum passi sunt prin-
cipes sacerdotum et tenuerunt eum et alia pro alijs mihi de eo
mentientes dixerunt istum magum esse et contra legem eorum agere.
Ego autem ex verbis eorum credidi ita esse. et flagellatum tradidi
illum arbitrio eorum. Illi autem crucifixerunt eum ligno. et sepulto
eo. custodes adhibuerunt. Ille vero militibus meis custodiens
eius die tertia resurrexit. In tantum autem exarsit nequitia eorum
ut darent eis pecuniam dicentes. dicite quod discipuli eius cor-
ruptus rapuerunt. Sed cum accepissent pecuniam. quod factum fuerat
tacere non potuerunt. nam et illum resurrexisse testati sunt se viderisse.
et a iudeis pecuniam accepisse. Ideo suggero regi ne quis
aliter mentiat et estimes credere mendacis iudeorum. directi
potestati vestre omnia que gesta sunt de Jesu in portorio meo. Cum
que perlecta fuisset epistola. Nero dixit. Dic mihi petre. ita per illum
gesta sunt per omnia. petrus ait. ita bone impator. non te fallo.
Dic symon plenus mendacis et fallacis circumdatus. ut putes
te cum homo sit pessimus. hoc etiam esse quod est deus. In christo est
etiam summa victorio. per deum et hominem quem assumpsit illa male-
stas incomprehensibilis. que per hominem hominibus dignata
est subuenire. in isto autem symone sunt due substantie. hominis et dei
aboli. qui per hominem conatur homines impedire. Symon dixit
ad neronem imperatorem. Dico te imperator bone hunc te
alicuius momenti estimare hominem imperitum piscatorem

Et Pauli apostolorum

mendacissimum. nec in verbo nec in genere predicti aliqua potestate. Sed ne diutius patiar inimicū hūc. modo precipiam angelis meis vt veniant z vindicent me de isto. Petrus dixit Non timeo angelos tuos. illi autē me possunt timere p virtutē z p̄sidentiam ihesu christi dñi mei quez te esse mentiris. Hæro dixit. non times symonem qui diuinitatem suā rebus affirmat petrus dixit Diuinitas in illo est q̄ cordis rimat archana. Dicat mihi nūc quid cogito. vel quid facio. vel quā cogitatōnem meā primo tuis auribus insinuo. vt non audeat mentiri aſi te. Hæro dixit accede hūc z dic mihi q̄d cogitas. petrus dixit Iube mihi afferri panē ordeaceū. z occulte dari. Cūq; iussū fuisset afferri occulte z dari petro. dixit petrus Dicat nūc q̄d cogitasti. q̄d dictū q̄d uel sit factū. Hæro dixit. Uis ergo vt credā qz hec symon ignorat. qui mortuū suscitauit. et seipm decollatum post diem tertium representauit. z quicquid dixit vt faceret. fecit. petrus dixit Sed corā me non fecit. Hæro dixit Sz me astāte oia hec fecit. nam et angelos iussit ad se venire. z uenerūt. petrus dixit. Ergo si qd̄ maximū est fecit. quare qd̄ minus est nō facit. Dicat quid cogitauerim z qd̄ fecerim. Hæro dixit Quid dicis symon. Ego me inter uos non puenio. Symon dixit. petrus dicat quid cogitem. petrus dixit. qd̄ cogitet symon. me scire docebo. dum fecerit qd̄ cogitauerim. Symon dixit. Vos scias bone ipator. qz cogitatōes hoim nemo nouit nisi vnus deus. ceterū mentit̄ petrus. Petrus dixit Tu ergo qui filiū dei te esse dicis. dic qd̄ cogitauerim. vel quid fecerim modo in occulto. si potes exprime. Petrus enim benedixerat panem quem acceperat ordeaceū z fregerat. z in dextera atq; in sinistra manica collocauerat. Tunc symon indignatus quod dicere nō posset secretum apli. exclamauit dicens. Procedant canes magni z deuorent eū in p̄spectu cesaris. Et subito appuerūt canes mire magnitudinis. et impetū fecerūt in petrū. Petrus uero extendens manus in orationem ostendit canibus eum quem benedixerat panem. quem vt uiderēt canes subito nusq; comparuerunt. Tunc petrus dixit ad Hæronem. Ecce ostendi tibi scisse me quid cogitauerit symon. nō uerbis sed factes. Nam qui angelos promiserat contra me eē venturos. canes exhibuit. vt se ostenderet nō diuinos angelos.

Passio sanctorum Petri

sed caninos habere Tunc nero ad symonem dixit. Quid est symon. Ut puto victi sumus Symon dixit. Nec et in iudea et tota palestina et cesarea ista mihi fecit. et sepe mecum certando ideo didicit. quod hoc erat ei parrarium. De ergo ut euaderet. didicit hoc. Nam cogitationes hominum nemo nouit nisi deus. Et petrus ad symonem dixit. Certe deum te esse mentiris. quare ergo non manifestas cogitationes singulorum. Tunc conuersus nero ad paulum sic ait. Tu quare nihil dicis paulus. Paulus respondit. Docescito cesar. quod si dimiseris istum magum tanta mala agere. magnam malum patrie tue accrescet et regnum tuum a statu suo deicietur. Nero symoni dixit. Quid dicis tu symon. Symon dixit. Ego nisi apte demonstrauero me deum esse. nemo mihi uenerationem debitam exhibebit. Nero dixit. Et modo quid moraris ut isti puniant. Symon dixit. Iube mihi turri altaria fieri ex lignis. et ascenda super eam et uocabo angelos meos et precipiam eis ut cunctis uidentibus in celum perferant me ad patrem meum. Hoc isti dum facere non potuerunt. probabis eos homines esse imperitos. Nero autem petro dixit. Audisti petre quid symon dixerit. Ex hoc apparebit quantum uirtutem habeat uel ipse. uel deus tuus. Petrus dixit. Optime me imperator. si uelles poteras intelligere eum quia demonio plenus est. Nero dixit. Quid mihi uerborum ambagibus circuitus faciatis. Crastinus dies uos probabit. Symon dixit. Credis bone imperator quia magis sum. cum mortuus fuerim et resurrexerim. Egerat enim perfidus symon prestigio suo ut diceret. Nero. Iube me decollari in obscuro. et ibidem dimitti occisum. et si non tertia die resurrexero. scias me magum fuisse. Si autem resurrexero. scias me esse filium dei. Et cum hoc fieri iussisset. Nero. in obscuro egit per artes magicas ut aries decollaretur. qui aries tam diu Symon uisus est. Quod diu decollaretur. Decollatus autem in obscuro. cum scrutatus fuisset is qui eum decollauerat et caput eius protulisset ad lumen inuenit caput ueruecinum. id est arietis. Sed nihil uoluit regi dicere. ne seipsum detegeret qui iussus fuerat hoc in abditiis petrare. Hinc ergo dicebat Symon se die tertia resurrexisset.

Et Pauli apostolorum

Quia caput et membra ueruecis tulerat. Sanguis uero ibidez
 congelauerat et tertia die ostendit se. Hieroni. et dixit. Fac san-
 guinem meum qui effusus est extergi. quia ecce ego qui decol-
 latus fueram sicut dixi tertia die resurrexi. Cum ergo dixisset
 Hero crastinus dies uos probabit. conuersus ad Paulum
 ait. Tu paule quare nil loqueris. aut quis te docuit aut quez
 magistrum habuisti. aut qualiter in ciuitatibus docuisti. uel
 quales extiterunt per tuam doctrinam. Puto enim nullam
 te habere sapientiam. nec uirtutem aliquam posse perficere.
 Paulus respondit. Putas me contra hominem perfidum. et
 desperatum magum. (qui animam suam destinauit morti. cu-
 ius interit^{us} et p^{er}ditio adueniet) debere loqui. qui fingit se esse
 quod non est. et per artem magicam hominibus ad perditio-
 nem illudit. Huius uerba si uolueris audire. uel fouere eum
 perdes et animam tuam. et imperium tuum. Hic enim homo
 pessimus est. et sicut egipci Jannes et Mambres qui Pha-
 raonem et exercitum eius miserunt in errozes quousqz demer-
 gerentur in mare. sic et hic per patrias suis dyaboli peritiaz ha-
 minibus persuadet. et multa mala facit per nichromantiaz
 et cetera mala si qua sunt apud homines. Et sic multos incau-
 tos seducit ad temptationem imperij tui. Ego autem uerbuz
 dyaboli quod per hunc hominem diffundi uideo. gemitibus
 cordis mei ago cum spiritu sancto. ut cito possit ostendi quis
 sit. Nam quantum se exaltari putat ad celos. tantam demer-
 getur in inferni inferioribus. ubi est fletus et stridor dentium.
 De doctrina autem magistris mei de qua me interrogasti. non
 eam capiunt nisi qui fidem mundis pectoribus adhibuerint
 Nam quicumqz sunt pacis et caritatis ea docui. et per circuitu
 ab Iherusalem usqz in Illiricum repleui. Docui ut homines
 se diligant et ut inuicem se honore preueniant. Docui sublimes
 et diuites non se extollere. et non sperare in incerto diuitiaruz
 sed in deo ponere spem suam. Docui mediocres victu et uesti-
 tu contentos esse. Docui pauperes in sua egestate gaudere.
 Docui patres docere filios suos disciplinaz timoris dñi. Do-
 qui filios obtemperare parentibus et monitis salutaribus.

Passio sanctorum Petri

Docuit possidentibus reddere tributum cum sollicitudine. docuit negociatores reddere vectigalia ministris republice. docuit viros diligere viros suos. et timere eos quasi dominos. docuit viros fidem seruare coniugibus suis. sicut et illas sibi seruare pudorem omnimodis voluit. Quod enim punit maritus in muliere adultera. sic punit in marito adultero ipse pater et conditor rex deus. docuit dominos ut mitius cum seruis suis agant. docuit seruos ut fideliter et quasi si deo seruiant dominis suis. docuit ecclesias credentium vnaque omnipotentem inuisibilem colere deum. Hec autem mihi doctrina non ab hominibus neque per hominem aliquem data est. sed per Iesum christum et patrem glorie qui mihi locutus est de celo. Et cum mitteret me ad predicationem dominus meus Iesus christus dixit mihi Vade et ego ero tecum in te habitans. et spiritus vite omnibus in me credentibus Et omnia quecumque dixeris vel feceris ego iustificabo. Hec hiis auditis obstupuit. et conuersus ad petrum dixit Tu quid dicis petre? Et petrus ait Omnia quecumque locutus est Paulus vera sunt. nam multi anni sunt ex quo accepi litteras ab episcopis nostris qui sunt in vniuerso urbe romano. et pene omnium cultatum episcopi scripserunt mihi de factis et dictis eius. Nam cum persecutor esset legis christi. vox enim de celo vocauit et docuit veritatem. quia non erat per inuidiam inimicus fidei nostre sed per ignorantiam. fuerunt ante nos pseudo christi fuerunt pseudo prophete. qui contra sacros apices venientes euacuare studuerunt veritatem. et contra hos necesse erat agere hunc virum. qui ex infantia sua nihil aliud studium gesserat. nisi diuine legis scrutari misteria. in quibus hoc didicerat ut defensor veritatis. et persecutor existeret falsitatis. quia ergo persecutio eius non ex emulatione fiebat. sed ex defensione legis ipsa veritas de celo eum allocuta est. dicens ei Ego sum veritas quam defendis. Et sciam me persequi. quia ego sum ipsa per quam videtis dimicare contra inimicos veritatis. Ergo cum cognouisset ita esse. deseruit quod defendebat et cepit defendere hanc quam persequabatur semitam christi qui est pure ambulantis via veritatis. et vita credentibus sempiterna. Symon dixit Bone imperator intellige conspirationes eorum aduersum me. Ego enim sum veritas. et isti aduersum me sapiunt. Petrus dixit Nulla veritas in te est. sed ex solo mediano ista omnia facis. Hec dixit. Paule quid tu dicis

Et Pauli apostolorum

Paulus dixit. Que a Petro audisti. boca me dictum crede
 Unum em̄ sentimus. quia unum habemus dominū Ihesu
 chriſtū Symon dixit. putas me bone imperator cū hīs ha
 bere diſputationeꝝ qui aduerſum me conſenſum fecerunt. Et
 conuerſus ad apoſtoloſ dei dixit Audite petre ⁊ paulē. Si
 hic nihil poſſum vobis facere. veniemus vbi voſ oportet me
 iudicare. Paulus dixit Impator. vide qualeſ nobiſ minas
 intendit petruſ dixit Cur non irrideaſ hominem vanum et
 alieni capitiſ. qui iudificatuſ a demonibꝝ. putat ſe manifeſ
 tari non poſſe Symon dixit. Ego vobis parco quouſqꝝ of
 ſendaꝝ virtutē meā. pauluſ dixit Quāſi tu hinc exituruſ ſiſ
 ſanus. petruſ dixit Niſi viderit ſymon virtutē domini noſtri
 Iheſu chriſti non credit ſe xpm̄ nō eſſe Tunc ſymon in ſuper
 bia elatuſ auſuſ eſt ſe ſactare qꝫ mortuoſ poſſet ſuſcitare. ⁊ ac
 cidit vt quidā iuuiſ moreretur Vocatꝝ igitur Petro ⁊ Sy
 mone hanc omneſ de voluntate ſymoniſ ſententiāz firmave
 runt vt ille occideretur. qui mortuoꝝ ſuſcitare non poſſet. Sy
 mon igitur dum ſuper mortuoſ ſuaſ incantationeſ faceret. vi
 ſuſ eſt a circūſtantibꝝ caput agitare defunctoſ Tunc omneſ
 neſ exclamanteſ petrum lapidare volebant. Petruſ autem
 vix impetrato ſilentio ait Si viuūt defunctuſ ſurget ambulēt
 et loquatur. alioquin ſciatiſ fantaſima eſſe quia caput mortui
 cōmouetur Seperetur ſymon a lectulo vt dyaboli ſigmenta
 plene denudentur Tunc ſeparatuſ eſſet Symon a lectulo.
 puer immobilis remanſit Exinde petruſ a longe ſtans orati
 one facta exclamauit dicēſ Adoleſcēſ in nomine Iheſu chri
 ſti nazareni crucifixi ſurge. ⁊ ſtati viuūſ ſurrexit ⁊ ambulauit.
 Cum autē vellet populuſ ſymonem lapidare. ait Petruſ Il
 li ſatiſ eſt ad penam qꝫ agnoſcit ſe in ſuiſ artibꝝ ſuperatū.
 Magiſter autē noſter noſ docuit vt pro malis bona redda
 muſ Et ſic ſymon conſuſuſ acceſſit ad domum marcelli diſ
 cipuliꝝ eiꝝ ligauitqꝫ maximū canem ad oſtium domuſ eiꝝ
 dicēſ Nunc videbiſ ſi petruſ qm̄ ad te venire conſueuit in
 gredi poterit Poſt paululuſ venit petruſ et facto cruciſ ſigo
 no canē ſoluit. precipiēſ vt directe contra ſymonem procedē
 ret neminem ledendo. qui canis ſolutuſ inſecutuſ ſymonē in
 eū inſilijꝝ dilaniando omneſ yeltes eiꝝ. vt nuduſ remaneret

Passio sanctorum Petri

querens strangulare eum Accurrens ergo petrus imperante
canti ne in corpore eum lederet. Populus autē et maxime pue-
ri simul cū cane tam diu post eum recurrerunt donec illū qua-
si lupū de ciuitate fugauerunt Cuius oprobriū pudorez Sy-
mon non ferens per annum nusq̄ cōparuit. Darcellus em̄
hec mirabilia videns deinde petro adhesit. Postea vero sy-
mon rediens iterum in Heronis amicitiam est receptus Ino-
gressusq̄ ad Heronem dixit Sacratissime imperator noluo
isti credere quia hī sunt qui circūcidunt et circūcidunt Pau-
lus dixit Nos anteq̄ veritatem cognosceremus. carnis circū-
cisionem tenuimus. at ubi veritas apparuerit cordis circūcisio-
ne et circūcidimus et circūcidimur Petrus dixit Si mala ē
circūcisio. tu quare circūcisus es? Herō dixit Ergo et symon
circūcisus est. Petrus dixit. Recaliter poterat decipere anis-
mas nisi se indeū simularet. et legem dei docere ostenderet He-
ro dixit. Tu symon vt video zelo duceris. et ideo istos psequeris
Est em̄ vt video zelus magnus inter te et christuz eorum
et vereor ne ab eis conuincaris et magnis malis sumptus eē
videaris Symon dixit Seduceris imperator. Herō dixit.
Quid est seduceris. Hoc quod in te video dico euidētē ad-
uersariū esse te petri et pauli et magistrī eorum Symon dixit
Christus pauli magister non fuit. Paulus dixit Qui petruz
presens docuit. ipse me per reuelationē instruxit Nam q̄ nos
accusas circūcisos. dic tu ipse quare circūcisus sis Symō dix-
it. Quare me hoc interrogastis Paulus dixit Est ratio vt te
interrogemus Herō dixit Cur vereris respondere illis Sy-
mon dixit Ideo quia a deo precepta est circūcisio eo tpe quo
eam suscepi Paulus dixit Audis imperator quid symon dix-
erit. Si ergo bona est circūcisio. q̄re tu circūcisos tradidisti et
fecisti eos precipitanter occidi. Herō dixit. Sed nec de vobis
bene sentio Petrus et paulus dixerunt An tu de nobis sentis
as bene vel male. non ad rem p̄tinet Nobis em̄ necesse est vt
quod promissit magister uoster. fiat. Herō dixit. Quid si ego
voluero? Petrus dixit Non quod tu volueris. sed qd̄ ille nos
bis pollicitus est. Symon dixit Bone imperator hī homi-
nes circūuene. aut clementiā tuaz et obligauerunt te Herō dix-
it. Sed nec tu adhuc me de te cōfirmasti Symon dixit Tū

Et Pauli apóstolorum

ita tibi rebus bonis et signis a me demonstratis. **D**ixit quoque ad
 huc dubitare videris. **A**tero dixit Ego neque dubito. neque cui
 quod vestrum presentio. sed magis quod interrogo responde mihi.
Symon inquit. nihil tibi iam respondebo. **A**tero dixit Ideo
 hoc dicis. quia mentiris. Et si ego tibi nihil possum facere. de
 us qui potens est faciet. **S**ymon dixit Jam tibi responsurus
 non sum. **A**tero dixit Sed nec ego te computem aliquid. ut em
 sentio fallax es in omnibus. Si quid plura. **T**on vos tres
 inconstabilitum animum vestrum ostendistis. et me ita dubium in
 omnibus fecistis. ut non inuentam cui credere possim. **P**etrus
 dixit Ego vnum esse deum patrem et dominum ihesum christum cum
 spiritu sancto creatorem omnium rerum predico. qui fecit celum et ter
 ram. mare et omnia que in eis sunt. qui verus rex est. et regni eius
 non erit finis. **A**tero dixit Quis est rex dominus. **P**aulus res
 spondit. **S**aluator mundi et omnium gentium. **S**ymon dixit
 Ego sum quem dicitis. et sciatis petre et paule non vobis contin
 get quod cupitis ut martirio vos digner. **P**etrus et paulus dix
 erunt Nunquam tibi bene sit symon mage et amaritudine plene.
Symon dixit Audi cesar. **A**tero Ut scias istos falsos esse. et me
 de celis missum. crastino die ad celos vadam. et eos qui mihi
 credunt beatos faciam. In istos autem qui me negare ausi sunt. iram
 meam ostendam. **P**etrus et paulus dixerunt Nos olim vocauit
 deus ad gloriam suam. tu autem a dyabolo iam vocatus es. et ad
 tormenta festinas. **S**ymon dixit Cesari nero audi me. Istos
 insanos a te sepe ut dum venero ad patrem meum in cellis possint
 tibi esse propitius. **A**tero dixit Et unde hoc probamus quia
 in celum vadis. **S**ymon dixit Iube turrim excelsam fieri ex lig
 nis et trabibus magnis. ut ascendam super illam. et cum in ea ascen
 dero precipiam angelis meis ut ad me in aere veniant. non enim
 ad me in terram inter peccatores venire possunt. et deferant me
 ad patrem meum in celis. **A**tero dixit Volo videre si impleas quod
 dicis. **S**ymon dixit Iube ergo fieri ut videas. Et conuocato
 populo dixit symon se grauius a galeleis offensum. et ideo v
 be quam tueri solebat velle deferere et in celum conscendere. quia
 non dignabatur amplius in terra habitare. **T**unc nero prece
 pit in campo marcio turrim excelsam fieri et precepit ut omnes po
 puli. et omnes dignitates ad istud spectaculum conuenirent. **A**lte

Passio sanctorum Petri

ra vero die in omni conuentu iussit Nero petrū & paulū ad hoc spectaculū presentari. Quibus sic ait. Nunc habet veritas apparere. Petrus et paulus dixerunt Non em̄ nos detegimus eam. sed dominus ihesus christus filius dei. quez hie semetipsūz mentitus est Et conuersus paulus ad petrū dixit Deū est genibus positus deū orare. tuū est imperare. cum videris symonē coronari. quoniam tu prior electus es a domino Et positus genibus orabat paulus Petrus autē incursus ad symonē dixit Incipe quod dixisti Appropinquauit ei & tua detectio. & nostra vocatio Uideo em̄ christū me vocantem et paulūz. Nero dixit Et quo sturi estis contra meaz voluntatem? Petrus dixit Quo nos accersuerit dominus noster Nero dixit Quis est dñs vester. petrus dixit. Dñs Iesus christus quez ego video nos vocantē. nero dixit Ergo & vos in celū ituri estis? petrus dixit. quo ipsi placuerit qui vocat nos Symō dixit Ut scias imperator istos fallaces esse. mox vt in celum ascendero mittam ad te angelos meos. & faciam te ad me venire. nero dixit. Fac ergo que dicis. Tunc ascendit symon in turrim coraz omnibus. & extensis manibus coronatus lauro cepit volare. Nero vt vidit sic ait. Verax homo est iste symon Tu autē petre st paulē seductores estis Cui petrus ait Sine mora scies nos veraces esse xpi discipulos. hunc autē non esse christū sed magū. nero dixit Adhuc perseueratis in blasphemia Ecce videtis eū celum penetrare Tūc petrus aspiciens paulo dixit. paulē erige caput & vide. cūqz eleuasset caput paulus lachryme plenus & vidisset symonem volantē sic ait. petre quid cessas? perfice quod cepisti Jam em̄ vocat nos dñs ihesus xps Et nero audiens eos. subrisit & dixit. Jaz isti vident se victos eē. modo & delirant. petrus dixit. Dodo probabis nos non delirare. paulus ait petro Fac iā quod facebas Et aspiciens contra symonē petrus dixit. Adiuro vos angeli sabane qui eū in aera fertis ad decipiēda hominū infidelium corda. per deum creatorem omnium. & per Ihesum christum quez tertia die a mortuis suscitauit vt eum scilicet Symonē magum ex hac hora non feratis. sed festinanter dimittatis Et cōtinuo dimissus cecidit in locum qui sacra via dicitur. & fractus in quatuor pres quatuor silices adunauit q̄ s̄ testimonium

Et Pauli apostolorum

victorie apostolice vsq; in hodiernum diem Tunc vero tenuerit
 fecit Paulum et Petrum in vinculis. corpus aut Symonis
 iussit tribus diebus diligenter custodiri. putans eum resurge
 re tertia die. Cui Petrus dixit. Hic iam non resurget quoniam vere
 mortuus est. et in eterna pena damnatus Cui vero dixit. Quis
 tibi tale scelus permisit facere Petrus dixit Contectio eius Et
 si intelligas multum est prestitum ei ut periret. ne tantas deo ad
 multiplicationem supplicij sui inferret blasphemias Hero dixit
 Et Suspecto aio esse me fecistis. ideoque vos malo exemplo p
 dam Petrus dixit Non quod tu vis. sed quod promissum est
 nobis necesse est consummari Hero dixit ad prefectum suum Agrip
 pam Homines istos religiosos necesse est male perdere. et ideo
 cardis ferreis acceptis. iube eos in aumachia consumi. et omnes
 huiusmodi homines male consummari Agrippa prefectus dixit
 Et Non congruenti exemplo iubes eos puniri Hero dixit. qua
 re Agrippa dixit. quoniam Paulus innocens videtur Petrus autem
 homicidij reus est. insuper irreligiosus Hero dixit. ergo quo ex
 emplo peribunt Agrippa prefectus dixit. ut mihi videat iustus
 est Paulo ut religioso caput amputari Petrum autem eo quod ho
 micidij peccauerit. iube eum in cruce lenari Hero dixit Opti
 me iudicasti Et ducuntur Petrus et Paulus a spectu Hero
 nis. Paulus decollatus est in via ostiensi Petrus autem cum
 venisset ad crucem ait. quoniam dominus meus Ihesus christus de
 celo ad terram venit. recta cruce sublimatus est. me autem quem
 de terra ad celum vocare dignatur. crux mea. caput meum in
 terra debet ostendere. et pedes meos ad celum dirigere Ergo
 quia non sum dignus ita esse in cruce sicut dominus meus gira
 te crucem meam Et illi verterunt crucem. et pedes eius sursum
 fixerunt. manus vero deorsum Conuenit enim innumerabilis
 multitudo maledicens cesarem nerone. ita furore pleni ut vel
 lent ipsum cesarem incendere. Petrus autem prohibebat eos
 dicens. Ante paucos dies rogatus a fratribus abscedebam.
 et occurrit mihi dominus meus Ihesus christus. et adorauit
 eum et dixit Domine quo vadis. et dixit Sequere me. quia vad
 do romam iterum crucifigi Et dum sequerer eum redijt roma
 Et dixit mihi Noli timere quia ego tecum sum quousque intro
 ducam te in domum patris mei Et ideo filioi mei nolite im


Passio sanctorum Petri

Pedire iter meum. iam enim pedes mei viam celestem ambulat
Nolite tristari sed gaudete mecum quia hodie laborum meo-
rum fructum consequor. Et cum haec dixisset ait. Gratias tibi ago
pastor bone. quia oves quas credidisti mihi. participatur mihi
peto ut participetur mecum de gratia tua. Commendo tibi oves
quas mihi tradidisti ut non sentiant sine me esse qui te habent.
per quem gregem hunc ego regere potui. Et haec dicens emisit
suum spiritum. Statim apparuerunt ibi sancti viri quos vix
nemo viderat antea. nec postea videri potuerunt. Isti dicebant
se propter ipsum ab iherosolymis aduenisse. et ipsi una cum marcel-
lo viro illustrissimo qui crediderat. et relinquens Symonem
magum Petrum secutus erat. abstulerunt corpus eius occulte.
et posuerunt eum ad therebintum iuxta naumachiam in locum
qui appellatur vaticanus. Ipsi autem viri qui se de iherosolymis
dixerunt aduenisse dixerunt ad omnem populum. Gaudete et
exultate. quia patronos magnos meruistis habere et amicos do-
mini nostri Iesu christi. Sciatis autem hunc Heronem regem
peffimum post necem apostolorum regnum tenere non posse.
Eccidit autem post haec ut odium exercitus sui. et odium populi
romani incurreret. et ita statuerunt ut publice tam diu cathenis
cederet. quousque ut erat meritum exspiraret. Quia cum peruenisset
ad eum. irruit in eum timor et metus intollerabilis. et ita aufugit
ut videri non appareret. Exiit autem qui diceret quod in
siluis dum erraret fugiens ex frigore nimio et fame diriguisset. et
a lupis esset deuoratum. Sanctorum autem corpora aposto-
lorum. dum tollerentur a grecis ad orientem ferenda. extitit
terremotus nimius et cucurrit populus romanus et preben-
derunt eos in locum qui dicitur cathacuba via apia miliario
tercio. et ibi custodita sunt corpora eorum anno et mensibus sep-
tem quousque fabricarentur loca in quibus fuerant ponenda cor-
pora sanctorum. Et illic reuocata sunt cum gloria hymnorum
et posita. sancti Petri in vaticano naumachie. et sancti Pauli
in via ostiensi miliario secundo. ubi prestantur beneficia oronum
eorum in secula seculorum. Amen.

Ego Marcellus discipulus domini mei
Petri apostoli. que vidi scripsi.



fin de la piece 15



A

